

The Digital *Compendium moralium notabilium* Project
(<https://compendium-project.wlu.ca>)

28 quotations attributed to Bertrandus in the *Compendium moralium notabilium* (from
Epytoma sapientie, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 3, Rubrica 17: De iuuenum moralitate et naturalitate (fol.23va):

Bertrandus iconomica capitulo 20. **Male sedet in iuvene vina cognoscere.**

Male sedet in iuvene vina cognoscere.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 13 (T.
Campanella ed., 2016, p.359).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 6: De vicinis propinquitate et longinquitate (fol.38va):

Bertrandus iconomica capitulo 8. **Superbia contra vicinum: balneum est expectans tonitruum cum sagitta.**¹ 17.3. **Partem hereditatis non vendas te potentiore: sed potius minori precio te minori. Totum autem vende plus offerenti.**² 19. capitulo. **Nihil emas in consortio potentioris. Paruum consortem patienter sustineas ne tibi societ fortiorem.**³

1. Superbia contra vicinum balneum est; exspectas tonitru cum sagitta.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 5 (T. Campanella ed., 2016, p.358).

2. Vis aliquando vendere, cave partem haereditatis non vendas te potentiore, sed potius minori pretio te minori. Totum autem vende plus offerenti.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 12 (T. Campanella ed., 2016, p.359).

3. Nihil emas in consortio potentioris, paruum consortem patienter sustineas, ne tibi societ fortiorem.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 12 (T. Campanella ed., 2016, p.359).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 9: De amicis leuibus verbalibus fictis et non veris (fol.41ra):

Bertrandus iconomica capitulo 12. **De verbis magna est copia amicorum.**

De amicis teneas quod maior est amicus qui sua tribuit quam qui seipsum offert; de illis magna est copia amicorum.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 8 (T. Campanella ed., 2016, p.359).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 4: De inimicitia et inimicis (fol.44rb):

Bertrandus iconomica capitulo 8. **Non semper gladio: sed sepe seruitio vincitur inimicus.**¹
Capitulo 9. **Habens inimicum capitalem in carcere positus est. Habes inimicum capitalem: queras oculum tuum pro tuo custode. Si habes inimicum: conuersationem non habeas cum ignotis. Semper cogita quod inimicus sagax cogitat inimici vias. Debilitas inimici non est tibi loco pacis: sed treuga ad tempus. Si te securas non cogitare inimicum quem tu cogitas: periculo te exponis.**²

1. Vicinis minore pretio vende, etiam inimicis; non semper gladio, sed saepe seruitio vincitur inimicus.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambrusii*, 4 (T. Campanella ed., 2016, p.358).

2. Habes inimicum capitalem, in carcere positus es; habes inimicum, queras tuum oculum pro custode. Si habes inimicum, conuersationem non habeas cum ignotis. Semper cogita quod inimicus sagax cogitat inimici vias. Debilitas inimici non est loco pacis, sed tregua ad tempus. Si te securas non cogitare inimicum, quae tu cogitas, periculo te exponis.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambrusii*, 5 (T. Campanella ed., 2016, p.358).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 6: De vtilitate oblationis munerum et beneficiorum (fol.50ra):

Bertrandus iconomica capitulo 8. **Non semper gladio: sed sepe seruitio vincitur inimicus.**

Vicinis minore pretio vende, etiam inimicis; non semper gladio, sed saepe seruitio vincitur inimicus.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 4 (T. Campanella ed., 2016, p.358).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 4: De consilio (n.p. 3rb-va):

Bertrandus iconomica capitulo 13. **Si consulis amico non queras placere ei: sed rationi. Dicas in consulendo amice sic mihi videtur. Non precise sic agendum.**

Amicum non reputes qui te praesentem laudat; si consulis amico, non quaeras placere sibi, sed rationi. Dicas in consulendo amico: sic mihi videtur, non praecise: sic agendum est.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 8 (T. Campanella ed., 2016, p.359).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 6: De exercitio et vsu exercitii (fol.72vb):

Bertrandus hyconomica capitulo 21. **Fuge medicum scientia plenum exercitio non probatum.**

Fuge medicum scientia plenum, exercitio non probatum.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambrosii*, 13 (T. Campanella ed., 2016, p.359).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 7: De cura et intentione animi et negligentia (fol.73ra-rb):

Bertrandus hyconomica capitulo 3. **Status hominis negligentis domus est ruinosus. Quid est negligentia gubernantis domum: ignis validus in domo accensus. Discute diligenter eorum diligentiam et propositum qui tua administrant. Saepius revidere que tua sunt: quomodo sint: magna prudentia est. Cogita de cibo et potu animalium tuorum: nam esuriunt et non petunt.**¹ 24. capitulo. **Raro diligentiam cum infortunio sociabis: sed rarius a pigritia infortunium separabis.**²

1. Status hominis negligentis domus est ruinosus. Quid est negligentia gubernantis domum? Ignis validus in domo accensus. Discute diligenter eorum diligentiam, et propositum, qui tua administrant. Labenti, nondum lapsa facultatibus minus verendum est abstinere quam cadere. Saepius revidere quae tua sunt, quomodo sint, magna prudentia est. Cogita de cibo et potu animalium tuorum; nam esuriunt et non petunt.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambrusii*, 13 (T. Campanella ed., 2016, p.359).

2. Raro enim diligentiam cum infortunio sociabis et rarius a pigritia infortunium separabis.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambrusii*, 16 (T. Campanella ed., 2016, p.360).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 7: De conseruatione diuitiarum (fol.92va):

Bertrandus yconomica capitulo 17. **Melius est grauem pati famem quam patrimonii venditionem.**¹ 26. capitulo. **Si nobiles sunt fratres. melior est sepe eorum per mundum dispersio quam hereditatis diuisio.**² nam sepe est eorum grauis dissolutio huiusmodi hereditatis diuisio.³

1. Melius est gravem pati famem quam patrimonii venditionem; sed melius est partem vendere, quam te usuris subiicere.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 12 (T. Campanella ed., 2016, p.359).

2. Mortuo patre, quaerunt divisionem; si nobiles sunt, melior est saepe eorum aspersio per mundum quam haereditatis diuisio.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 18 (T. Campanella ed., 2016, p.360).

3. [*fons nondum repertus*]

Pars 4, Liber 2, Rubrica 8: De credito et debito maxime vsurariorum (fol.92vb):

Bertrandus yconomica capitulo 18. Melius est partem patrimonii vendere quam te vsuris subiacere. Quid est vsura? venenum patrimonii.

Melius est gravem pati famem quam patrimonii venditionem; sed melius est partem vendere, quam te usuris subiicere. Quid est usura?

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 12 (T. Campanella ed., 2016, p.359).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 16: De parsimonia seu parcitate: largitate et prodigalitate id est de modo expensarum (fol.96ra):

Bertrandus yconomica capitulo 3. **Labenti nondum lapso facultatibus minus verecundum est abstinere quam cadere.**¹ Capitulo 4. **Sumptus pro iuuando amicos rationabilis est. Sumptus pro iuuando prodigos perditus est.**² 5. capitulo. **Familiam grosso cibo non delicato nutrias. Gulosus effectus est vix aliter: quoniam morte mores mutabit. Fac gulam litigare contra bursam: et caue cuius aduocatus existas. Si inter bursam et gulam iudex existas: sepius sed non semper pro bursa feras sententiam. Tunc male iudicas contra gulam: quando auaritia ligat bursam.**³ 10. capitulo. **Femina meretrix et senex omnes diuitias annullabit.**⁴ 14. capitulo. **Homo ioculatoribus intendens cito vxorem habebit: cuius nomen pauperitas. Ridens et gaudens de verbis ioculatoriis iam pignus sibi dedit.**⁵ 16. capitulo. **Nimia et inordinata edificandi cupiditas parit et expectat edificiorum venditionem. Turris completa et archa vacuata faciunt valde: sed tarde hominem sapientem.**⁶ 22. capitulo. **Caniculos valde paruos dimitte reginis et clericis. Canes castodes vtiles sunt. Canes ad venandum plus constant quam conferant.**⁷ 24. capitulo. **Uigila et leuitatem expendendi cum grauitate lucrandi compensa.**⁸

1. Labenti, nondum lapso facultatibus minus verecundum est abstinere quam cadere.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 2 (T. Campanella ed., 2016, p.358).

2. Sumptus pro militia honorabilis est, sumptus pro iuvando amicos rationabilis est. Sumptus pro iuvando prodigos perditus est.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 2 (T. Campanella ed., 2016, p.358).

3. Familiam grosso cibo, non delicato nutrias. Qui gulosus effectus est, vix aliter quam morte mores mutabit. Gulositas vilis et negligentis hominis putredo est ; gulositas solliciti et diligentis hominis solatium est. Diebus paschalibus abundanter, non delicate pasce familiam tuam. Fac gulam litigare cum bursa et cave cuius advocatus existas. Si autem inter gulam et bursam iudex existas, saepius, sed non semper, pro bursa sententiam feras. Nam gula affectionibus probat, et sic testibus non iuratis, bursa evidenter probat, iam arcis et cellario vacuatis, vel in brevi tempore vacuandis; tunc male iudicas contra gulam, quando auaritia ligat bursam; nunquam recte inter gulam et bursam auaritia iudicabit.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 3 (T. Campanella ed., 2016, p.358).

4. Femina meretrix et senex omnes diuitias annullabit; femina senex et meretrix, si lex permetteret, viva sepelienda esset.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 6 (T. Campanella ed., 2016, p.359).

5. Homo ioculatoribus intendens, cito uxorem habebit, cuius nomen est paupertas. Sed quis erit huius uxoris filius? Derisio. Placet tibi verbum ioculatoris, finge te non audire et alia cogitare: ridens et gaudens de verbis ioculatoris iam pignus sibi dedit.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 9 (T. Campanella ed., 2016, p.359).

6. Cupiditas aedificandi aedificando non tollitur, nimia et inordinata aedificandi cupiditas parit et expectat aedificiorum venditionem. Turris completa et arca vacuata faciunt valde tarde hominem sapientem.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 11 (T. Campanella ed., 2016, p.359).

7. Caniculos valde parvos dimitte clericis et reginis, canes custodes utiles sunt. Canes ad venandum plus constant quam conferant.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 14 (T. Campanella ed., 2016, p.359).

8. Tu ergo vigila et levitatem expendendi cum gravitate lucrandi compensa.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 16 (T. Campanella ed., 2016, p.360).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 10: De famulis et domesticis (fol.100ra):

Bertrandus yconomica capitulo 15. **Famulum alti cordis repelle: vt futurum inimicum. Famulum tuis moribus blandientem repelle. Famulum de facili se verecundantem dilige vt filium.**

Famulum alti cordis repelle ut futurum inimicum. Famulum tuis moribus blandientem repelle. Famulo et vicino te laudantibus resiste, alias te cogitat decepisse. Famulum de facili se verecundantem dilige ut filium.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambrusii*, 10 (T. Campanella ed., 2016, p.359).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 4: De famulis et domesticis (fol.115ra-rb):

Bertrandus hyconomica capitulo 27. et finali. **Mater remaritari querit: stulte agit. Sed vt peccata sua deploret: vtinam ipsa senex accipiat iuuenem: nam non ipsam: sed sua quesuiit: quibus habitis bibet cum eo doloris calicem: quem optauit.**

Mater autem forsā remaritari quaerit; stulte agit; sed ut peccata sua deploret, utinam ipsa senex accipiat iuuenem, nam non ipsam, sed sua quaesivit; quibus habitis, bibet cum eo doloris calicem quem optavit, ad quod eam perducant merita suae damnabilis senectutis.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambrusii*, 19 (T. Campanella ed., 2016, p.360).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 9: De custodia et indagazione suspecte impudicitie mulieri (fol.116ra-rb):

Bertrandus hyconomica capitulo 10. **De feminis tuis suspectis quid agant ignorantiam non scientiam queras.**

De feminis tuis suspectis quid agant, ignorantiam, non scientiam quaeras.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambrusii*, 6 (T. Campanella ed., 2016, p.359).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 10: De modestia vxorum et dissuasionem vxorationis (fol.116va):

Bertrandus hyconomica capitulo 10. **Dolorem de mala vxore tunc mitigabis: quando audies de vxoribus alienis.**

Postquam sciveris crimen uxoris, a nullo medico curaberis: dolorem de mala uxore tunc mitigabis, quando audies de uxoribus alienis.

Ps-Bernardus, *Epistola ad Raymundum Dominum Castri Ambruosii*, 6 (T. Campanella ed., 2016, p.359).